Stawirey | Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus. Tibi Nobili Dorotheae consorti Nobilis Alberti Mystek de Stawirze ex omnibus bonis tuis uigore Regio et nostra Capitaneali Authoritate mandamus ut in terminis Querelarum ac causarum officii Capitanealis Castren. in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam praesentis citationis proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareas Ad Instantiam Nobilis Andreae olim Alberti Stawirzey quitie cum mariti tui assistentia citat. ideo quia tu in contrarium libertatem et iurium Regni quibus thelonia in Palatinatu Podlachiae sunt sublata ausa es in uia libera bonorum Stawirze ibidem siliginis duodecim tunnas mensurae Wysocensis ualoris uiginti Floren. Polon. in uim cuiusdam iniusti et inusitati Thelonei recepere et extorquere prout de Facto recepisti et exegisti pro quod in pena mille Marcarum Poll. succubuisti citaris iudicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Francisci confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo cuius citationis copiam sigillatam Ministerialis Regni generalis Nobilis Albertus Skrodo ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis Stawirze citati propriis posuisse et Publicasse recognouit memorata pars actorea citatam supra nominatam Partem ad officium Praesens per ministerialem Regni generalem Nobilem Benedictum Proscieński ter ultra iuris formam uicibus quatuor clamatos et non comparentes in lucro suo pro toto ex regestri ordine ac admissione officii Praesentis Iudicaliter condemnauit

Falkowski | Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscen. tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczew Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobili Alberto olim Stanislai Topczewski de Topczewo Sawiny Falki ex omnibus bonis Mandamus ut in terminis Querelarum ac causarum officii Capitanealis Castrensi Branscensi Feria secunda post datam praesentis citationis proxime celebrandis perso

8880б 8825

liber et peremptorie compareas ad Instantiam Nobilis Joannis olim Mathei Fal kowski de Falski antiqua heres actor quiti citat eo quia tu in contrarium et libertatem Regni quibus Thelonea in Palatinatu Podlachia sunt sublata ausus es ab eodem actore in uia libera bonorum Falski Antiqua equum coloris gniady ualoris octuaginta Floren Polon in uim cuiusdam iniusti et inusitati Thelonei recipere et exigere prout recepisti et exegisti per quod penam per quod mille marcarum post succubuisti ad quam super te decernenda una cum restitutione prefati Telonei citaris Iudicialiter sis responsurus datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangelis proxima Anno Domini Milesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo cuius citationis copiam sigillatam ministerialis Regni generalis Providus Laurentius Siwicki ab una integra ante terminum presentem septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse recognouit Memorata actor supra scripti citati ad officium presens per ministeriale Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosinski ultra iuris Formam uicibus quatuor clamati et non comparentem in lucro suo pro toto ex regestri ordine ac admissione officii iudicialiter condemnauit.

Sobolewski LVCRVM

Super citationem lateralem Castrensem Capitanealem Branscense Generosi talis Joannes Franciscus a Obori Lesnowolski etc Capitaneus Branscensis Tibi Nobili Stanislao olim Mathia Grochowski Camerario Terre Bielscen in Gąsowka Olexino etc heredi uigore Regio et nostra Capitaneali autoritate qua in hac parte fungimur mandamus ut in terminis Querelarum seu causarum officii capitanealis Castren Branscen Feria Secunda post datam presentis citationis prius uel proximius in Curia Regia Branscensi celebrandis personaliter et peremptorie compareas Ad instantiam Nobilis Laurentii Sobolewski Pietka Filii olim Joannis de Sobolewo heredes quiti citat iuxta et ad inscriptionem tuam Terrestrem Tykocinen qua tu inscripsit eidem actori summam uiginti Florenorum grossorum Polonicalium pro tempore in inscriptione expresso iam diu preterito sub uadio simili soluere et non soluisti pro uadio exinde succubuisti una cum summa essentiali persoluenda presentibus citaris iudicialiter sis terminum attentaturus et responsurus datum in Bransco Feria secunda post Festum Sancti Francisci confessoris proxima Anno Domini Milesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo cuius citationis copiam sigillatam ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Łopienski ab una integra ante suum terminum septimana in bonis Grochy citatum propriis posuisse et publicasse recognouit